1526 = 274 str. 283

357

68

Sigismundus primus Rex Poloniae, Vi:
ceregi Neapolitano.

Illustris et Magnifice Domine, amice noster cha:
rissime. Nescimus quo fato nostro fiat, ut ex tot dif:
ficultatibus, quae nobis in ducatu Barensi dudum
sunt obortae, nos hactenus explicare nequeamus, et
multa adhuc supersint, quae nobis negotium istgie non
mediocre exhibeant. Rogamus Illustritatem Vestram,
ut rebus nostris sua authoritate et patrocinio adesse
velit, ita ut humanissime est pollicita, utque Magnifi
cum Ludovicum de Aliphiis Secretarium et Nuntium
nostrum, negotiaque et causas omnes, quae coram illa
aut iudicio Regni Neapolitani habet, adiuvare et com:
mendatas habere velit, quod illi vicissim omni benevo:
lentia, et officiis quibus poterimus referre curabimus.
Optime valeat vestra Illustritas. Datum